- XXIII. De vicenarij et q̄ternarij sacramento. li. i. fo. xlvi. & li. ii. fo. xi.
- XXIII. Significacio Centenarij Q uadraegenarij & ipsius Q uaternarij li.
i. fo. xlvi. & li. ii. fo. xii.
- XXV. Alleluia & Amen aptissime Crucis imaginem constituit. li. i. fo.
i. & li. ii. fo. xii.
- XXVI. Super Christi passione nostracq̄ redempcione prophetarum sen-
tenciq̄. li. i. fo. iii & li. ii. fo. xiii.
- XXVII. Super eadem re Apostolorum legis nouę testimonia. li. i. fo. lv:
& li. ii. fo. xiii.
- XXVIII. Opifex ipse sanctam Crucem adorat: vbi gestus adorati habitusq̄
geniculantis ad pedes Crucis iūctissime figuratur. li. i. fo. lvii. &
li. ii. fo. xiii.

MOs apud veteres fuit, ut gemino stilo, ppria conderent opera, quo iucundiora simul & utiliora sua legentibus forent ingenia. Vnde et apud seculares et apud ecclesiasticos plurimi inueniuntur, qui metro simul & prosa una eandemque rem descriperant. Ut de ceteris taceam: quid aliud beatus Prosper ac venerandus vir Sedulius fecisse cernuntur? Nonne ob id gemino stili charactere duplex opus suum edunt: ut varietas ipsa & fastidium legentibus auferat; & si quid forte in alio minus quis intelligat, in alio mox plenius edissertum agnoscat. Hoc igit ex exemplo atque hac de causa ego quidem vilissimus hominio, opus quod in laudem sancte crucis metrico stilo condidi, in prosam vertere curauim: ut quia ob difficultatem ordinis & figurarum necessitatem obscura locutio minusque patens sensus videatur metro inesse, saltem in prosa lucidior fiat. Non enim fatigabam ut eisdem verbis quibus in metro usus sum: sed eodem sensu in hoc opere locutus essem. Hoc idem Oratius vir acutus et doctus in arte poetica eruditio interpreti precepit dicens. Nec verbum verbo curabis reddere fidus interpres. Interpres enim ego quodammodo in hoc opere sum, non alterius lingue sed alterius locutionis: ut eiusdem sensus veritatem explatiem. Quia, propter rogo lectorem ut non fastidiose accipiat nostrum laborem: sciatque me non supfluitati studere velle sed utilitati: nec ulli inuidere. sed magis fraternalia charitate quicquid gracia diuina possum ad utilitatem proximi scribendo velle conferre. Bonitas omnipotentis dei mihi concedat, ut quicquid boni mente teneam, opere perficiam: et quicunque noltrum laborem fraterne accipiat, deo largiente aeterni gaudij nobiscum particeps existat.

Explicit prefatio Libri Secundi

De prima figura in qua Christi imago manus in modum expedit crucis. I

Ecce filius dei et dominus dominium expandit manibus suis. Specie restaurantis honorandam hic ostendit. Et recte hunc unum pastorem gressus sacer ecclesie iustum colit: et in eo modo quo in cruce sua membrorum fatigari permisit, rite omnium populi probat redemptorem: quia hunc totius iuris parentem esse sacra scriptura predicit. Hoc quoque ego indignus agnoscens, pro modulo meo omnium summorum culmen adoro dominum Hierusalem: et credo quod ipse est rex regum. Iudea vero quem stimulante inuidia inuentrix malorum est, inique suum occidit regem. Ipse tamen cum gloria resurgens, armis impiorum per verbum euangelij sui secundum permissionem prophetarum potenter subuerit. At nos qui in illum credimus, in ipso legitemur: dum quicunque eternum dominum illum esse non confitetur, male ac primitiose dubitet, quia hic auctor omnium rerum in toto orbe colitur, cui decet cuncta subici: quia dextra summi patris proba & sancta oblatam predam de profundo inferni sanguine suo eripuit: et taliter in cruce positus, celeste regnum suis concessit fidelibus. Hic de se principium omnium rerum: hic nobiscum deus: hic origo, et finis universorum est: lux vera, imago dei patris inuisibilis: os domini, splendor lucis eternae: qui con-

LIBER

substantialis patrī, sol iusticē, uerbū dei: et ex lumine sumē est. Hic coequalis uirtus & manus domini est: dux iustorū et ppheta verus: quē filium dei vni- genitum & primogenitū iuste cōsitemur. Hic est lapis angularis credentibus. lapisq; offensionis et petra scandali infidelib;: idemq; ostium vitē est. Enin- dutus veste Christus veritas, quid mystice significet exponā. Vests q; Chri- sti, lex diuina est: que vili tegmine literarū, auctorem rerum om̄ia cōtinente qdāmodo amplectitur: Ad quem totus mundus, celum & terra et mare et vniuersitas creature pertinet: qui pugillo celum metitur, et terram palmo cō- cludit. Item nostra natura quā pro nostra redemptiōe suscepit, quasi vestimentū diuinitatis eius est. Nam hēc splendorem maiestatis eius, & ab humanis conspectibus celat: et radios claritatis eius, corā oculis impiorum adscondens claudit: ipse tamen miraculis coruscantibus, ac tonante euangelio verus deus innotuit. Ille q; magni consilij angelus, ac summa deuotō dei populo missus est: docens videlicet sapientia, et custos pacificus, fons vitē eterne, brachium domini, et panis viuus qui de cælo descendit: petra utiq; Christus, oriens lucifer, et verus medicus, clavis Dauid, via vitē, & agnus dei qui tollit peccata mundi, serpens qui exaltatus morituros viuiscitat, et mediator dei & hominū: vermis & homo, captiuā ducens captiuitatē: mōs dei. Aquila alta petens, ad- uocatus pro nobis. Leo de tribu Iuda, pastor bonus, et hēdus peccata nostra portans: fundamentū fidei, ouis innocens, sacerdos secundū ordinem Mel- chisedech, offerens panem et vinū: uitulus nanc; & aries p nobis immola- tus est victima. Qui filius est patris eterni, idem damnatus est ad pcam ligni. Hic utiq; ante luciferum, et ante omnem creaturam, ex patris utero est genitus: et temporaliter in momento pcessit ex matris aluo, atq; ut saluaret genus humanū, ad crucem venit eternus cōditor Christus; qui est sup̄ omnia deus benedictus in secula:

De secunda figura, in qua sancta Crux intra tetragonū depicta est. II

Sancta Crux Christi, quē potestate tibi collata excellis sup̄ omnia: tu in cælorum arce superna, cælorum potens regis agmina: quia crucifixi ī te regis virtus & diuinitas, totam te potentem et totam sanctam fecit, maxime cū passionis eius indicū semp in te exilitat. Qua ppter merito te reginam a Christo rege vocamus, quia regni celestis aditū per te primitū meruimus: dūq; humāitatis eius ac diuinitatis graciā, ipsum portans, pmeruisti, in vnius dei omnipotentis laudem sacra cōfessione Chri- sticolas sociasti. Nā multiplices laudes deo in sanctis angelorū cōctibus excitas: et simili ratioē ad glorificandū deū, deuotos reddis terrarū incolas. Te gene- raliter totus orbis, aer, mare, & ignea cælorū sidera sanctificant; ac specialiter vnaq; species creature, ex quatuor mudi partibus, magna deuotione cele- brat. Hoc quoq; oīm adunata confessio, pfitet, q; ab eterno lumine illustrata, nobis celestis regni gaudia demonstres, et demōstrata pie querētibus dones:

cum vtrumq; facis dispensatione diuina. ut et corde credulo et vera confessioē
dēū Christū cōfiteamur et q; hāc fidem ad ipsum. puenire mereamur. O crux
Christi que per desideratā eius victoriā es benedicta; quam claram et q; mag-
nam suo amore te omnium cōditor reddidit. Vivificationis enim munere te
ditauit; et ad hoc salubriter erexit. ne antiquus hostis qui primum parentem
nostrum sibi consentientem de paradiſo eiecit. diuicius irrisiōnis eulogio pro-
geniem eius in exilio damnatam fatigaret. O pia Crux domini: quis te decan-
tans metro. digne resonare valet. et totam potentiam tuam verbis enarrare;
pulchra nites ornatu: tecq; cernētibus glorioſa appares. Taxus mortifera longe
a te fugit; Calamus aromaticus et Pinus semp̄ virens honori tuo se subiciunt.
Cedrus q; diurna. et vermbus impforabilis. Myrrha guttiflua. et Meliro
odoris iocundissimi ad odorem tuū stupent: Nardus spicoma. & Cypressus
odoris boni. Mastix quoq; gutta Lentisci. & Tus Arabica. Gutta Indig et
Amomū Syriacū. Balsamū ludeg. Bdelium Phisonis maiestatē tuam verentes
sup se votis exaltant. Nominē licet sis asperior ipsis: dum cruciatum resones:
virtute tamen redēptionis nostrē ipsis preſtas: que concedis fidelibus ante
Christi tribunal honorū operum fructus percipere. O Crux Sacra. que diru-
ptis clauſtris inferni. plebem sanctorum eripueras et cælo collocaueras.

De Tercie forma figure. in qua nouem ordines
angelorum depicti sunt.

OTu sancta salus. et leta passio Christi salutē. Crux veneranda dei
que sapientia. lumen. & doctrix es orbis terrarū: que et vera laus.
amica virtus. et clara philosophia apud cælicolás. terrigenas. que
indefinenter viges: et iam apud exercitus angelorum. qui in cla-
ritate lucis eterne manent. et apud homines quibus salus et pulchra renouato:.
post diuinam infirmitatem & antiquam peccatorum vetustatem extitisti. Te
totus orbis beatificat: te cælorum agmina collaudant. Per te in nomine Hiesu
(qui cuncta mundi sceptra simul et regum curuat imperia) omne genu siue vo-
luntate siue reflectitur. cælestium videlicet terrestrium et infernorum. At Miha-
el dux et princeps plebis dei. te confessione memorat. cuncta celorum sidera
et virtute regere & potestate tegere. eo quod ara dei sis. in qua immolatus est
agnus qui abstulit peccata mundi: quo clipeo beniuolentiq; ipse sedulo exultat.
qua confessionis framea fidens. bellum init contra draconem horridum. anti-
quumq; serpentem: & de hoste triumphans. ouat cum sanctorum agminum
millibus. hoc sibi premij loco petens vt tuam laudem perpetuo ante tribunā
decāter domi. Igitur actus iste formatiōis literarū. et hic modus positiōis nouē
ordinum. nec non et sors ipsa qua primitus ad laudandum redēptorem sacra
angelorū agmina ordinantur. caliter suspensam iure statuit hanc Crucē. aram
salutē pōtificis & redēptoris nostri: ut ipsa vera vita in se contestans ostendar

Ali

LIBER

Iaudantem virtutum venerabilem senatum, sicut decet, vt in Cruce que est vera salus nostra, appareant bona & salubria scripta: ideoq; Christus semper ipsum humilians descendit de celorum arce, vt ad se solidum fundamentum fidei augmentumq; omnium bonorum valide nos duceret: & docuit verbis factisq; suis nobis docuissentia reliquit: et sic demum in sancta Crucis nos redimens, facta sua consumauit. Hoc tu Gabriel archangelus altissimi et desponsator celestium nuptiarū. Iesus claro famine virginis reuelabas, quādo Christi regni potentiam & salvationis eius opus, luculento sermone pronūcīaueras. Quid & tu o Raphael medicina dei? Nunquid in illo mystico opere, quo Tobi oculos aperuisti, felle orbem liniens, sancte Crucis potentiam significasti, que per amaritudinem mortis Christi peccatorum tenebris remotis, eternam lucem humano generi reddidit. Credendum ergo nobis est, quod facta angelorum quae vetus testamentum narrat, aduentum & gloriam significant redemptoris nostri: cum nouum testamentum statim in primordio nativitatis eius, eos gloriam in excelso, deo magno trīpudio cecinisse, et pacē hominibus adoptasse describat. Quia ppter vos quoq; predicari angelorum exercitus supplices obsecramus: vt dignas grates salvatori nostro incessanter agatis, et sanctum nomen eius in seculum benedicatis: qui nos per Crucem a perpetua morte liberavit, et vestrum numerum: ne diminutus ppter pditos angelos remanceret; sanctis animabus cōpleteuit in arce celesti.

De forma Quarti schematis, vbi Cherubim et Seraphim sunt iuxta Crucem depicti.

III

AT vos lugine cohortes Cherubim et Seraphim, iam nunc de celo laudate nomē regis vestri Hiesu Christi: quia ignis amoris et sapientie vestre ita bene ardet. si puro famine in redemptoris laude splendeat, cum vera et diuina est laus illa, qua pascha nřm: idē passio et resurrectio redemptoris nři. vere nostra p̄dicatur esse vita: verus utiq; lucis fructus est Christi, que cū patre et spūsancto dñm deum Sabaoth sociali laude celebratis: qui tūc in hora passionis vicit tristitia mortis, et nūc regnans vbiq; exultat in gaudio resurrectiōis. O beata Seraphim, quis fit vři amoris ardor dicite: et si fiant in celebratiōe hachabitus vestri iura celestia mōstrate. Si hac multa et valida laude significetis, victorem supernum pandite. Hinc cōfidenter ego provobis mīhmetip̄i et meis ita respondeo. Vnum namq; est quod nobis dēmōstrant. Hoc est quod in alarū suarum positione affirmant: iam dudum nobis p̄nunciata esse in figuris sancte Crucis aram, sacratūq; de cus hostię quod in ea īmōlatum est. Edūt quoq; Christi vota laudis, que sit virtus redēptionis nřg, ac bona premiorum que tribuere nobis rex Christus decreuit: cū in hac arā secundū suū p̄positū passus, cōsumpsit flāma passionis, sive iniūcias, et peccata scelerū nostrorū; cunctasque aduersariās potesta-

tes, in momento suę mortis superans vicit, atq; principem huius mundi foras eiciens, destructa eius claustra dirupit: & vetustatem peccatorum nostrorum deleuit, reddens nobis benignus dominus et rex virtutum ipsa regna paradisi in quibus primus homo conditus positusq; fuerat. Hocq; omnium fidelium ora probat: et virtutes et miracula, que deus in hoc mundo per sanctos suos facit testatur. qd; deus humano generi in carcerē & tenebras istius mudi iuste damnato, auxilia mādatorum dederit, causa ppetuam mortem euadendi. Cōditor utiq; et rex noster, qui pro nobis in alta Crucis confixus est stipite: quā magis decet thronū impialem vocari. qd; seruile tormentum: quia imperator noster rex Christus regnum sibi in ea: et potestatem in celo & in terra cōquisuit: hostes superauit. et mundum deo reconciliauit. Hec vexillum Christi anni est populi, hec framea qua cum hoste fortimur bellum: hēc insigne victorienē. Cū hac hostes nostros pterimus; hac arma iniquitatis frangimus. per hanc ad coronam alleuamur et virtutis premia capimus. Propterea exul semper & alienus a bono ignis cupiditatis. scito que tibi interfectio in morte Christi parata sit. Cherubin ergo illa que i tabernaculi templi cōstructiōe: iuxta aram post altare Thymiamatis stabant. hoc vexillum Crucis extensiōne alarum suarum, nec non & tota positione situs sui. hanc sanctam aram demōstrabant: que mystica vunctione linita triumphum Christi & certaminis eius palmam prefigurabant. Hēc itaq; animalia id est Cherubin distensis suis aliis. lēta facta Christi adducunt: et beata ea esse alma altaque manifestis indicijs trādunt. Ipsa quoq; Seraphin ad hoc pandunt os suum: vt cum celos & terram plenos esse gloria dei predicēt. iam prope est tempus quo carnalis hinc abeat luxus. et vicia recedant. Dicant d eniq; cuncta. simul hec animalia alarū suarū officio. precipue intimant saluatoris brachia in Cruce esse protensa: in hisq; trahi atq; subleuari iuine misericordia. omnes quos ipse postmodum in vniuersali iudicio. meritis condigna rependens. in fēde collocabit beata: tunc palam illos per discussiōem pbando. quos iam ante sibi notos & bonis operibus auctos probauit amando. Iustorum ergo vatuum prophetiq; de passione dñi villo modo nō dissentiant; nec significationes istorum animantium fallunt.

De Quintę figurę formā, vbi quatuor tetragoni circa Crucem cōsistunt. **V.**

TEmodo Crux sancta dei obsecro. vt tua virtute meum pectus infirmum benedicas: vt dignis laudibus eterni regis in te trophēū valeam decātare: quomodo cōlestia simul acterrena uno fēdere coniungas. pactum confirmes: et mortis vincula dissoluas. O tu facer apostolorū cōetus. et martyrum ordo laureatus: iure vos domus Christi posuistis fundamēta. quos ipse in arce gestat pulcherrima. Voce quippe vīa & exemplis deo plebem sacram acquiſistis. et sanctam ac salutarem Crucem Christi. iure in primo fundamine predicationis collocasti; quia illam crucē

LIBER

in palatio concrepet, hoc manus litteris scribat, hoc labia verbis exprimantur, hoc ipsa figura metrico opere depicta notet; quælibet difficulter, tamen ordinabiliter per quadragenarium in .iiii. decades diuisum et exemplatum. clara sancte Crucis preconia promit, qui numerus plenus mysterio venerabili, et superno serenus lumine, inter cetera sacramenta significationis suæ, presentis temporis gestat figuram: quo sancta ecclesia sub Christo principe, contra spiritales nequicias et contra amatores mundi, scuto fidei et lorica iusticie, galea salutis, et gladio spiritus (hoc est verbo dei) fortiter et insuperabiliter preliatur, et confidens sui regis potentia, virtutisq; eius conscientia, omnia tela hostis antiqui frangit ac prosternit ignita. Vexillo quippe Crucis quam in fronte signatam, ipsa victrix gloriose gestat, partis aduersæ confundit frontem, atq; sequam inimicorum subito perturbat aciem. Ergo in sancta Cruce salvator noster antiquum hostem vicerat, et in numero eius figure, rite et apte conuenienti quadragenario videlicet, sacrum ieiuniu in deserto protendebat; ut raptore fraudulentissimum prius tentantem, per patientiam et humilitatem vinceret; ac deinde in nequitia sua persistentem ac perdurantem, ipse moriens eterna morte iuste damnaret. Sicut enim serpens ille lubricus et callidus, hominem primum per gulam, avariciam, et vanam gloriam ad facinus illexit, et ita eum mortis obnoxium reddidit; sic et econtrario copotentibus medicamentis, salvator noster per abstinentiam, benignitatem atq; humilitatem, humanum genus ad vitam erexit. Ipsum quoq; auctorem mortis, eternis cruciatibus reum, victor tartaro subiecit. Christi quoq; pugnia nostra victoria est. eiusq; triumphus nostra salus est: qui sedet in celorum arce, &c. pspicit in inferiora terræ. Cruxq; eius ipsa est totius orbis honor: ipsa totu sustentat mundum. ipsaq; mihi carmine semp et amore venerabilis permaneat, semper in ore meo laus, et exultatio in corde pectus.

De forma Nonadecima. vbi quinquagenarij numeri ratio est. XIX

Attendite oculis et videte mente, audite auribus: et percipite corde, o omnes fideles, in quibus charitas Christi et amor sapientie feruet: quibus curæ est ad lucem eternam peruenire, et incorruptionem atq; immortalitatem sine fine percipere. Laudem Crucis Christi carmine depromo. Hic summi opificis virtus ostendit, et beati operis decor exprimitur: artisq; ipsius nobilitas declaratur. Vester honor est non caducus, sed secundum redemptionis ordinem manet perpetuus: immortalis est vestra in celis palma: quia Christus ipse vobis est victoria, qui salus nostra veraciter existes, vindictam in hostem detorsit antiquum, et in Cruce degustas mortem. ipsum mortis deuicit auctorem: Huc omnes conuenite egroti: et egritudinis vestre ne vos pudeat illi molestias conqueri. Verus vester medicus est iste, quem sancta Crux in patulo gustauit stipite: ipsaq; manibus suis expassis ad medeiam. Vos inuitat, qui vobis sanitatem integrum citius prestat. Pandite illi vulnus mentis: et in ulceræ corporis virus latens nolite abscondere: poscite medelam cordis devotione: et pullate mediciu in honorum operu strenuitate. Ipsius ergo ma-

SECUNDVS

FO. III

hoc est doctrinam mandatorum dei: vt fraudem maligni de penitralibus hu-
mani cordis auferat. et fideles dei attendeat ad cœlestia premia. supare car-
nis cōcupiscentias doceat: ipseque amor. per vniuersam mundi latitudinem sc̄itos
predicatores ducit. arguentes vitia. et virtutes commendantes: docentesque
per euangelium redemptori gratias agendum. qui secundum veterum pro-
phetiam nouissimis temporibus incarnatus est. et mandata tradens euāgelica
signis & miraculis verus deus innotuit: concedens omnibus fidelibus sibi. vt
per fidem plenam & baptismū. lucem eternam conquererent. illsc̄e qui inten-
tis auribus cœlestem doctrinam capiebant. dedit in modum bonę terrę ubi-
rem ex verbi semine virtutum fructum p̄ferre: et si quia incentiuia nature in
eis oriretur. abs̄cisa euangelij cultro. flamma spiritus sancti cōcremaret: vt sine
vlo impedimento diuinū germē et spiritales delicias regi Christo exhiberet.
Hos ergo fructus primum fides et religio christiana. per p̄dicatores euangelij
plāntauit. dēinde gracia virtutū puros. & ab omni forde alienos ostendit: dehinc
pacientia sanctorum in tribulationibus p̄bauit: paciū quoque et societas vere
cōcordie coadunatos et inseparabiles demonstrādo stabilit̄: exin mō virtu-
te constat̄ fortiter roborantur. et p̄ veram humilitatem illesi custodiuntur.
vt per discretionē in augmentum p̄ficere valeant. et per longanimē p̄seuerā-
tiā vsc̄e ad congruam maturitatem pueniant. Post hēc quidem iam vltimi
iudicij fālx mittenda est: vt messis albēns. quam granum frumenti p̄ aratum
Crucis interra conditum. gloriosam et multiplicatā prulit. apparente ipso
iudice viuorū & mortuorū. p̄ angelorū ministeria colligatur: et per senten-
tiam eiusdem iusti iudicis in horrea cœlestia sc̄iliciter collocetur.

De Septime figuracionis plasmate. vbi de quatuor elementis agitur. VII

Igitur omnia que in cælis et que in terris sunt. de lumine glorie Christi
illustrata iam splendent: cuius maiestati subiecta seruunt. et sacre Crucis
factum beatificādo concelebrāt. vt sic victori superno debita vota per-
soluant: hoc veraciter p̄fientes. omnia regna seruare modū suum sub
dispensatione diuinitatis Hiesu: non solum que in orbe mouentur. quinetā
omnia quæ sunt. viuunt. sentiunt atque discernunt et iura seruare norunt. sub
hoc imperio consistūt ab inicio. Imber quoque ac grādo de nubibus. nix. priu-
na ac glacie. ros et serenum simul cum fontibus & rivis in terra. p̄fluentibus
creatorem testantes laudant. Arcton Creticus & omnis stellarū positio simul
cum vertigine poli. auctore p̄dican suum. Nemini displiceat quod dico: quia
omitenentis laudes scribo. et non irrisione vel dolore in alicui ingerō. Bene-
dicite omnia opera domini dominum: cantate et psallite ei. Laudans dicat iu-
stus q̄ Christus in Cruce exaltatus omnia trahat ad seipsum: et electos suos
multes inuitet ad coronam. Non enim fas est vt in laudando conditorem dis-
cordet factura eius. sed gaudens concinat sibi debitas laudes. Vniuersa aqua
natantia & serpentia terræ. montes & colles. harena maris. luci & omnia

A iii

LIBER

fixi in ea domini virtus ad portandum. totam domini ecclesie machinam rite
roborauit. Vere quoque ipsa humanum genus ad vitam dedicauit. firmaque
erecta est columna; desiderans ostendere quod per ipsam eterna domus. ce-
lesti regno collocanda exurgit; aula videlicet iusti regis sponsorum ecclesie. Hac
tu domine Christe trophaeum nouum. iure dominationis crux redempti-
onis. viaque directionis. ociter in mundo erexit: quod christicolum genus
foedus iusticie seruet. spernat diabolum rite damnatum. & vincat pietate hos
minem inimicum: quia tu illi fautor laudis. & timor conseruationis utriusque
boni operis. ac palma victorie. atque corona remuneratio es. O inclita Crux
domini. aule Christi preciosum fundamentum: tu es pulchrior florifera spe-
cie omnium germinum: tu excelsior Cedris Libani: tu preciosior albo lapide
Pario: que quadratas iungis petras. viuentium lapidum in firmo fidei funda-
mento. Patriarcharum quoque coetus et ritus antiquissimus. iure prima fun-
damenta iacit in inicio totius edificationis: qui primum sanguine dogmate. corda
deuota sibi obedientium. ad domum regnat super omnia deo fide iunxerunt.
Postea prophetaribus predestinationis pluerant. ut regi Christo viuam aulam
monitis preceptisque suis. in hoc certaminis loco construerent: quia omnis
hæc fabrica ecclesie. per confessionem nominis Hieu Christi ad celeste regnum
eleuat: eiusque voce instructa. rite viget bona vita constructio. Hæc enim iunctio
ad latéra sancte Crucis quatuor tetragonorum loco signat. et omnino sacro re-
uelat nobis intellectum: ut sciamus quo nos via recta et ductor optimus iu-
beat ire: hoc est ad possidendum regnum perpetuum: omnes utique quos Christi
visitatio sua mansione illustrans. templum dicare dignatur. et cum his sanctis
parietibus in semetipsum lapidem angularem coadunans. ad perfectionem
celestis edificij perducet.

De specie Sexte figure. vbi de quatuor virtutibus principis commemorat. VI

Onnipotens virtus. et omnipotentis patris summa sapientia Christe
fili dei: tu es verus dñs. qui totum mundum adornas decoro sancte
Crucis. dispelaque pie tuis sanctis pia dona salutis. Nam quadriga
virtutum quatuor cornibus sancte Crucis decenter aptata. ostē-
dit sacram seriem specierum ex ipsa precedentem. in triumpho victorie regis
Christi consecratam: et per eius passionem. perficiam esse toto orbi. ad impe-
trandum fructum pietatis. et adipiscendam eternam beatitudinem. Virtus est
animi habitus. naturæ decus. vita ratio. morum nobilitas et lingue moderatio.
Hæc quippe cuncta. o sancta Crux religiosis homibus iusta laude. perbanda tu
tradis: cuncta simul beneplacita deo depromes. et singula salubria esse pdens.
Tua sancta prudentia tenerum mundum ab inicio docuit: quando p. martyrum
Abel iusti pro innocentia populum animam demonstrauit. de te iusticia
bene zelo feruens. diaboli pompa spernendam. et Christi gracie obsequen-
dum suasit. Per te castus amor in sanctis dei erigit se ad sectandum utilia consilia.

dignis reuelare: et dona genitae vite fidelibus tradere. Christus ergo rex sumus & celestia tribuens dominus munere diuinus. scandens alta Crucis robora. manifeste innotuit. hanc speciem formando. per hanc se p̄adere celos mundo. et vult ut sequentes eius vestigia uite. per hanc regiamus introitum. Denique quaterternos vētos a quatuor plagis mudi et ambitu oceanii. in habitu sancte Crucis cōiunctos. et coadunatos. saluator salubres fecit. signac. xii. cum. xii. mensibus suis ipse dñator sustentans. regit & gubernat: ac duodenā spacia horarū. oriente sole disponit ordinabilē trahi et p̄duci ad occasum. Ad hec quoq; vniuersa demōstranda distributio duodenarij numeri. quadrangulā sancte Crucis formam cōplet. Omnia nāc vīncula peccatorū nostrorū quibus cōstricti tenebamur. Crux Christi gloria nostra resoluit: ipsaq; erecta sa- crā celi gaudia iuracq; terre pponit & signat. laudat & probat; ipsaq; fidelibus veraciter confert.

De Nona figura. que dierum anni nume-
rū in Crucis specie continet.

IX

Sicut et Luna ei nunc competenti ordine. dominum Hicsum Christū benedicte: quia sancta Crux est vester honor. stabilis lux. dispositus ordo. series. laus. et probitas: spirituali lumine per cūcta tempora vos illustras. Vos quoq; hoc termino quē ipsa in quatuor hexago- nis et monade inter eos posito portendit. dies & noctes totius anni solaris cōnumeratis: equatisq; ad perfectionem eius numeri cursum vestrū. Pre- dicta ergo figura eius habet in se tricies denos et decies senos: atq; insuper quinquies unitatem. His quippe numeris rotā Solis & Lūne cursum suum noscitur indere. quatuorq; vicissitudines temporum his includuntur: quos omnes in quinquaginta duabus hebdomadibus et monade. unus pariter am- plectitur annus. Ad hanc diem iam bifrontis redditum tenet omnis hic ordo: ad hanc transit horarum series. temporum vicissitudo. annalis circuitus. & astrorum cursus: Ipsaq; quadrans horarum supvacuus supra numerum cer- tum dierum. quem indispositione sex angulorum quatuor hexagonorū san- eta Crux denotat. ociter ad illū terminū tingit: qđ in equinoctijs rite dinoscí potest. Os factum germen. quod clara luce fidei et sapientie corda hominum in tenebris infidelitatis posita illuminas: tu es videlicet Crux sancta miraculis coruscans. Nam et Christus hinc vbiq; per tua cornua latitudinem sui regni demontrat. Tu regis fortissimi sceptrum & ara dei altissimi. ordine poten- ti dilataris per orbem: descendisti ad inferos: tendis ad celestia. Hęc decus et honor est totius mundi: Sem quoq; verus idem nominatus noster. per cuius nomen solius tota saluatur creatura: cursum siderum ad huius formā tem- perat. ipsumq; regnū celi donat: cum in hac sede positus claustra celi nobis

LIBER

ligna syluarium, feræ, pecora, & truces bestiæ, vermes puluerei, & minuta voblatilia, aues mansuetæ & lacerantes vnguisbus. O genus christicolum, quo celi et terra decorantur, a vobis lumen fidei & virtus predicationis prodiens, legationem agit ad gentes, preces excitat, ad baptismum invitat: sed maxime doctorum sermo, preclara exhortatione dolum diaboli denudat, et acquisitis per dei gratiam electis exponit victoriam Christi. Omnibus fidelibus hoc quotidie predicatur, nec non & pagani et falsi christianis & haereticis, cum summa modestia & patientia intimatur. Qui ergo crediderit verbo dei salvabitur, qui autem non crediderit aut prauis operibus fidem destruxerit, infernū damnabitur. Igitur quia Christi gratia in celis & in terris redundat: bene condecet, ut celestia simul & terrestria, ore consono laudes deo decantent et gracias agant. Populus domini & oves pascue eius, qui partim in celis iam cum domino regnas, partim adhuc peregrinariis in terra: una ratio vos ad laudandum deum incitat, quos unum gaudium in celis expectat. Nam quod datum est iam tenetis, et quod promissum est veraciter accipietis, quia qui promisit sine dubio in vobis sua promissa inplebit, rex vestris uester proprius et factus, creator et saluator Hesus Christus dominus noster.

De Octave specieiforma, vbi de Duodenario numeri ratione expositum est.

VIII

Christus itaq; saluator nř Christus rex mitissimus in celis regnat confilium optimum; virtus dei patris summa, et benedictio vera, lumē de lumine, et ex deo genitore diuina proles genita. Hinc videlicet totius iuris origo est: ad hunc fabrum tota celi & terræ fabrica respicit: ad hunc pertinet omnis virtutum decor: a cuius bonitate & veritate omnibonum, verumq; fit: ipseq; mirabilis, solus mirabilia facit: a cuius iusticia ordinatur quicquid in celis vel in terris iuste decernitur, probatur, et profertur: quicquid honoris habent angelii boni: et quicquid peccati suffert angelii mali: nec non et illud quod Christus idolatriam de mundo expulit et diuinū cultū renouauit. Horum igitur omnium bonorum auctor est dominus Christus: qui in vexillo Crucis sua, honoris & potestatis proprię iudicia demonstrat. Quia pppter congruit ut nos terrigenæ, et paradisi exules notemus hos radios quos diffundit hec sancte Crucis species: p quam Christus nos saluat: et reddit splendorem luminis quem photoplastus peccatis olim iam amiserat. Quotquot ergo a principio hos radios rite agnoscentes venerabantur, ppetuæ lucis munere pfriunt: et abroq; hoc iubare vibrabant arma prophetarum: et fors apostolica pdicans hac luce nobilit coruscabat: hocq; sole fides Christi toto orbe terrarum relucet, atq; bona corda hominum, votaq; pia sanctor; patet: fusti quoq; diuino munere pollentes, per mystica signa olim iam patribus tradita, bonum et salubrem coniuncti radium: et proinde mandatis dei obedire gaudiadent populis, cum Christo ascribunt soli, et profunditate mysteriorum

diuitium p̄cellit suo munere. Deniq; quod in septuagenario numero mani-
festa redemptio toto mundo fuerit: Daniel p̄pheta in septuaginta hebdoma-
dibus suis, que ad Christū vsq; ptingebant demonstrat: quando exiliumetur
puaricatio. et fmē accipiat peccatum & deleatur iniquitas. et adducatur iusticia
sempiterna. Hieremias quoq; similiter post. lxx. annos, resolutionē captiuitatis
pdicat esse vētūrā: ast Moïses p̄ lxx p̄lbiteros, q̄s mādato dñi populo Israhel
pr̄culit, to tuis magisterij pfectūm. et reuelationē mysteriorum per Crucis
sacramētū nobis fieri significauit. O crux bñdicta dei: in hoc quid septuage-
nariū numerū in quīq; ptes diuīsum in medio tui. simul & p̄ quatuor cornua
tua quaternario. et denario numero āplectoris. significas te totum mundū p̄
decalogū legis. & p. iii. libros sancti euangeliū. ad concordiam et vnitatē fidei
reuocare. Necq; enim ipsum quinarium absq; mysterio p̄termittis: sed vene-
rabiliter innuis humanum genus. non solum per internum affectū animi. sed
etiam p̄ exteriores sensus corporis tibi veracissime esse deditum.

De vndeclima figura vbi pentathacus

Moisi ordinatus est.

XI

TEsancte pater inuoco dominū celi et terre, ut sis mihi in hoc car-
mine doctor & rector, et inchoato operi pius et clemens annuas
sensem opifici. et verba sobria tribuens. ut possim fideliter pan-
dere ad sanctę crucis eternā laudem. & ad gloriā noui testamenti:
quid lex prisca figuris significet modo in gratia. ipsis rebus. spiritualiter obser-
vandum. Nam cum primum hęc maxima rerum machina. ab inuisibili &
impenetrabili profunditate visibilis effecta est. et paradisus cū germine suo
floridus & iocundus apparuit. statim in ligno vite quod est in medio paradisi
vitale lignum sanctę Crucis p̄figurabatur: quod in medio gentium positū.
Pcedentes et subsequentes se viuicat et sanctificat generationes: cuius bene-
ficio recreati quiq; boni et sancti viri: spiritales et vitales virtutum p̄serunt
fructus. Hoc etiam lignum passionis Christi p̄figurabat Isaac patriarcha;
cum patre imponente p̄prijs humeris ligna portabat ad locū immolationis
sue. sicut liber genesis testatur. sic et exodus & ceteri libri legis edisserūt. quod
forti compagine armorum sancta crux. nostrum p̄cium euexerit: ut dote
sanguinis sui sponsus supnus exhiberet sibi sponsam ecclesiam. non habente
maculam aut rugam Hinc plebs Israhelitarum deo in Aegipto coniuncta. &
per rubrum mare translata. laudes victrices redemptori suo decantabat: &
itinere trium dierum gradiens domino misericorditer eos ducente. peruenit
ad fontem Marat. qui per lignum mysticum dulcatus est. Igitur Pharaō &
Aegiptij persequentes. qui prius populo dei quasi iam capto et reducto
insultabant. submersi maris fluctibus sera p̄nitenzia doluerunt: Israhelige
autem visis magnalibus ductori suo trinmphanti. deo videlicet patrum suo-
rum canticum glorie concinebant. & in conditoris sui amore feruētes laudes

apit. Hęc quippe humanum genus laudans cantibus exponit; cum prédicat fideliter pro Christo a ludeis crucifixo. q̄ media die lumen siderum obscuratum sit. Nam Iudea frendens licet iunidia estuaret: meliore tamen vſu in arbore Crucis hunc fructum extulit: quod ex quatuor plagis mundi et ex quadrifico Oceani limbo. gentes & populi vndeque confluentes. spiritales delicias appeterent. que in sancta Cruce demonstrantur. vt sacris et mysticis epulis replete. per dona summi patris ad centuplicem bonorum operum pueniant fructum: et intermixti splendidis nouem ordinibus angelorum. in celesti beatitudine ipsi perpetua claritate fulgeant. Quapropter moneo: vt quicquid canamus et quicquid scribamus. in redemptoris laudem totū vertamus: quatenus hac vna spe. quam per eum in eo habemus. exitum auidę & sequentis mortis. perpetuę damnationis scuto fidei repellentes. possimus evadere: et sic regnum dei superna luce nitentes leti mereamur possidere. auctoremq; nostrum ac redemptorem dominū Hiesum Christum omnipotentis patris videlicet natū. dignis laudibus resonare. verum sanctum atq; dominum altissimū: sit quoq; semper hęc nostra ratio. sempiterna laus et perpetuus ardor amoris.

**De ratione figure Decimę. vbi septuagenarij
ratio descripta est.**

Nunc itaq; concedet: ut pia modulatio spe eternorum nos ictificans. in hoc beato opere exprimat. quid nobis eternam vitam cōferat. et quid corruptionem auferat. quidq; delictorum veniam tribuat. & quid vincula peccatorū dirumpat: hoc est sancte Crucis predicit acta. Merito ergo hoc vox humana faucibus resonat. hoc deponente os proloquens. dīgitis scribentes. plectrum lingue & vota pīj cor dis. quod cecidit iu bello draco tortuosus et noxius ille. qui arte maligna truculentus in paradiſo prothoplastum nostrum decepit: cum prius ipse cadens Lucifer de celi arce. terciam partem astrorum traxit secum ad inferni sulfurea stagna: quia superbus et dolosus tentauit se equiparare altissimo. in gelida Aquilonis parte ponens sibi tribunal. Hunc scilicet ferocissimū lupum. agnus mitissimus stravit. iure potenti eripuit predam. et studia immania fregit. At gentes ex imis: & carnalibus desiderijs per sanctā euangelij predicationē cōuerterit ad meliora. & incendit ad cęlestia dona: ne vel ludorum fabulosa supersticio: vel hereticorum peruersa seductio. specioso velamine corruptat casta corda christianorum: qui veritatem diuine legis agnoscentes: in rebō fidei iam consistunt: et ne aridum fiat os genitium exinanitum a cultu demonum & adoratione ydolorum: fecūdat illud in diuina laude auctor totius boni & largitor virtutū Christus dñs. causat enim & damnat omnem p̄fidiam irimici. potens virtus sancte Crucis: et dimittens mundo debita. cunctas opes.

bulorum suorum hoc resonant. Vide condebet ut cuncta viventia atq; sub-
sistens dñm suum recognoscant, et laudibus deuotis cōcīnant, quod Hieſus
Christus verus est filius dei, et om̄nipotens dextera patris omnipotentis; cuius
curatio ſalubris eſt & contactus medicina ſalutis ēterne.

De Terciagedime ratione figure, vbi ille dierum numerus comprehensus
quo Christus in vtero virginis moratus eſt,

XIII

ARbor odoris ſuauiflormi et expansione pulchrarū frondium latiſ-
ſima, ortus deliciarum incōparabilis affluēs, vbertate largiſſima
floribus virtutū et folijs yborū iocundissima, p̄ predicatorē ſancti
euangelij fructificās, opes condis celeſtes; exaltata quidem ma-
iestate ſuper omnia ligna ſylvarum honorabilis & decora exiſtiſ; quia claritas
Christi int̄ crucifixi gloriosam et ſpeciosā et venerabilem omib; te exhibuit.

Hoc quisquis in fidei firmitate coſiſtit, plena deuotione pſit, licet demonis
vif horrida ſalutem hanc credere atq; cognoscere gētibus inuidens haſtenus
reluetetur. Varias quidem virtutum species in ſitu tuo de monſtrā: & abu-
dantiam ſpiritaliū diuinitarum te habere ſignicas, ex ſanguine Christi purpu-
reo fulgore nites, et pro Christo animas noſtras poſtere forſter ſuades. In te
eccleſiarum ſaluatoris celſitudo coſtituit, et vnitas fidelium in fide et pace pma-
nebit, qđ etiā erectō tabernaculi Moſaici, ſeu edificatō tēpli Salomonici pſi-
gurabat; hoc & altare holocausti ſive thymiamatis, atq; ignis i eis ſemp ardēs
ſignificabat; hoc et cādelabrum cū quatuor lucernis; hoc et ſabbati ocia i ndi-
cabant; quia in Christo agno videlicet dei immaculato, pro ſalute firā in ara
Crucis imolato, et fidelium eſt illuminatō, et requies ppetua ſanctorū. Ipſe eſt
ad vitam per paſſionē Crucis puius noſter, ipſe ſalus ēterna, ipſe lux vera, ipſe
bonitas piffiſſima, ipſe redēptio noſtra, ipſe eſt et vita ſemp̄terna, ipſe eſt prin-
ceps tamquā filius in domo ſua in eccleſia videlicet ſancta; ipſe eſt pax noſtra
qui fecit vtracq; vnu: ipſe principatū diaboli deſtruxit, et conatus eius noxios
retardauit; qui per frigus inſidelitatis feruorem charitatis extinguerē ſtudet.
et per illecebras voluptatū ſcolicitatem veram pmittens fallax decepit; et per
hanc dementiam iam quaſi captum irridens: manifestis viciorū vinculis &
cathenis peccatorū stringit. O Crux ſancta, o arbor ſpeciosa, que omnia ce-
drorū nemora altitudine & pulchritudine in compabilis ſuperas; eni numero
competenti in cornibus tuis radiati dona ſeruiflora et heatiſſima p aduentū
dominiū portendis. Ostendis enim ſeriem dierum: quibus ſaluator in vtero
virginis incarnatus eſt: et per hanc moram patientie & humilitatis eius docu-
menta nobis prebes: et quia cum lenitate & tranquillitate per partum ad nos
venit, mansuetudinē ſuam et obedientiā quam uſq; ad mortem in te ppetratā
ſeruabat designas. Ideo data eſt ei omnis potestas in celo et in terra ſecundum
humanitatem, qui cū patre & ſpūlā ſancto celum et terram & omnia que in eis
ſunt creauit ſecundum ſuam diuinitatē: ſicut ſancti Iudum cecinere, pphetæ

B

LIBER

triumphales exoluebant. Porro mare orientale hoc testatur: cum orbitas curru Aegiptiorum hactenus in pſuido. et in littore feruat. Deniq; veteris legis abyssim sancta crux immissa dulcavit: et petram solidissimam excidens fontem viuentis aque pduxit. Ad huius instar Moyses manus extendens in Amalech victoriam coepit: et per eam veri Amalech memoria deleta est sub celo. Duo ergo viri exploratores terre reprobmissionis. qui botrum in veste portabant. duos populos significant: qui gaudia supna per passionem Christi in cruce cōpieta. quosq; credentes pmereri posse p̄dicat. O crux benedicta dei: quis bene mysteria tua noscens. tanta & tam dona p̄clara salutis satis enar rare yalet: cui nulla lingua creature ad laudes debitas celebrandas idonea est. Te patris eterni hostia in odorem suauissimum oblata. sacram aram dicauerat: viuificantem exaltasti serpente: et vitale signum demonstrasti populo. quo saluari Iesus ab hostibus possit. Et quid amplius de te dicere possum: nisi hoc quod cuncta bona dederas. et mala cuncta aufereras.

De duodecime figure ratione. vbi nomen prothoplastis situm est. XII

Fla mo-lo dulcisona metrice artis fistula. vade salutiferam crucis dñic; laudem sui auibus canere versibus: opusq; mirabile redemptionis nostre. simul & cōsolationē vite futurę deuotis celebrare laudibus: quia in sancta cruce mors victa est dirissima. et peccatum nostrum vincula sunt resoluta. Lux nobis per Christum rediit pristina: et prime p̄uaricationis cōcessa est venia. Nam primus Adam decorē immortalitatis nobis abstulit. cum pomū ligni vetiti cōtra p̄ceptum gustauit: & secundus Adam saluator videlicet noster. omnē venustatem. et omnē gloriam atq; honorem superne claritatis. nobis adueniens secum attulit. Vnius obnoxiam multa et innumerabilia p̄cessimus mala. et temporalis mortis incidimus discrmina: Sic et vnius ob graciā fidelia saluantur agmina. et luce potiunt̄ eterna: Deniq; sicut per lignum p̄uaricatiōis mors introiuit in totū orbem terrarū. et in infernū omnes descendērū. etiam ipsi electi: ita & per lignum dominice passionis mors captiuata est. et multi euaserunt ex ea. etiam peccatis obnoxij. Vniuerso scilicet orbi Christus per crucē aditum vitę apuit. & in ea potētiam virtutis sue demōstravit: ipsamq; relictis ydolorū cultibus honorabilem esse q̄mibus voluit. Per hanclui sacramēti nobis patefecit archanum: & ad custodiendū ius sue voluntatis nobiscū firmauerat pactum. Primus homo de terra terrenus. terrenā generauit sobolē. cui & immite h̄ereditauit mortem: Secundus quoq; de celo celestis. celestem mūndo intulit generationē: et eternam suis p̄misit beatitudinem. Hic est dñs vniuersorum. & creator oīm rerū: regnum solus cum patre & spiritu sancto tenet eternum: et secum regnare vult ceteris glorioſos sc̄torum. Ipse etiā per nōmen Adam. quo iiiii plaga orbis p̄signatas habet. potestatis sue qua dñs in toto orbe terrarū nobis dedit indicium. Nā anatole. dyſis. arctos. & næzembria: quatuor mūndi partes in capitibus voca-

Filius dei patris altissimi, qui dira iacula inimici frangis nequissimi, da mihi sanctę Crucis victoriam carmine dulcione modulari. Nempe euangelista Iohannes, velut altiuolans aquila, in ipsum solum iusticie figens aspectum mentis, verbum dei vera reuelatione cognovit; & dabo sermone predicavit atq; conscripsit. Ita quippe gratia diuina precesteris euangelistis collata est Iohanni: ut cum illi incarnationis saluatoris et humanitatis eius archana maxime conficerent, iste diuinitatis eius sacramenta per fundo sermone reuelaret: quod videlicet factor omnium rerum, animam et corpus in se sumplisset humanum, et qui in principio deus unus erat: cum deo patre, in fine temporum visibilis appareret in carne. Hunc figura leonis significat regem, hunc vitulus prefigurat pontificem: quia ipse ut leo et quasi catus leonis certamine confligens, opulentissimam arripuit predam: atq; idem sacerdos & hostia fieri dignatus, salutem nobis concessit eternam: suiscz participibus dona largitus est immensa. Marcus quoq; in mysterio. vii: panum quibus. iiiii. nullia hominū Hieſus satiauit, mystice. vii. dona spiritus sancti indicat, quibus euāgelicū populuſ saluator q̄tidie reficit. O tu euāgelistā Lucas, regem iustissimum victimā salubrem predica. hoc fides tenet catholica: et pontificem clarum scriptis tuis resona: qui totius mundi tollit peccata. Hic ergo cum esset manus eterna conditoris, et patri eterno cōsubstantialis, ecce in diebus Herodis regis est natus in Bethlehem ex Maria matre infans admirabilis, ad salutem videlicet missus totius mundi. Nobilis ipse puer qui et vetustus dierū p prophetam describitur: qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bozra: qui torcular Crucis solus calcauit: et licet fuerit in cruce suspensus, tamen astra sustentauit arbiter supernus. Crucem enim paties ipse sanctificauit, glorificauit, et celesti benedictione dedit. Igitur Matheus qui primus in lux dea scripsit euāgeliū, humanum vultum figura dēnotans, significauit Christum de stirpe David secundum hominem esse natum: demonstrauitq; eum promissionis esse filium, cum Abraham in capite generationis posuit, contra duriciam scilicet et obtusum cordis infidelium, qui negant Christum ad salutem gentium esse destinatum. Nam hoc aduentus saluatoris veracissimum est signum: quod per patriarchas & reges gentis Iudee generationis ordo descendens, ad ipsum usq; peruenit Christus, qui est saluator omnium hominū maximē fidelium.

De Sextadecima forma, ybi de septem donis spiritus sancti narratur **XVI**

Te sancte spiritus paraclete supplex deprecor: ut salubris supernos a superno solio descendas, et tibi dedices deuotam mentem vatis: cordeq; bene credula ac fida facias, quia tu quoq; spiritus es vite: quem se ex parte promissum Christus dei, virtus et dei sapientia, discipulis suis mittere pfisit: donum videlicet illud, quo oēs sanctos suos ante aduentū atq; post aduentū suū, admirabiliter dedit: suāq; spōsam id est ecclē-

LIBER

cp celi et terre factor puerus filius nascetur cuius superius super humerum eius esset.

De figura Quartadecima in qua numerus annorum ab exordio mundi usq; in annum passionis Christi notatus est. XIII

Verum dignum opus est, ac preclarum valde, trophaeum celestis regis dulcissima modulatione psallere: triumphum dominatoris eterni competenter predicare: quo mundum de potestate tyranni eripuit. ipsumq; regno eius destructo ac reprobato, eterno carcere damnavit: in quo etiam celestia et terrestria atq; maritima regno, sibi acquisito fulcit atq; sustentat. Nam quando eius exaltatio fuerit ab origine nascentis mundi accurrens, cum mysterio annorum numerus per notas grecorum in figura ipsius dispositas exprimit, et ob hoc credentium deuotio augetur: cum perspicit conditorem omnium rerum tam congrue et tam convenienter rebus ipsis temporum seriem coaptare: cp figura Crucis & redemptio in ea perpetrata: ac salus per dona virtutum fidelibus collata: cum numero sacris mysterijs pleno rite in omnibus concordent. Deniq; principium libri genesis manifestissime comprobatur atq; confirmat, quod dominus prisca secula & creaturam suam in principio ab ipso conditam, per sanctam Crucem iuxta finem temporum renouauerit: quia dum post sex dierum opera hominemq; creatum requiescere deus dicitur, in sexta etate facili, ac sexta feria dierum per Crucem hominem reparato, sabbato in sepulcro requieuisse redemptor demonstratur. Diuino ergo nutu dispositum est q; numerus. V. CC. XXX. I. figure sc̄te Crucis apte conueniret, et per hoc demonstraret passionis Christi sacramentum omni nequitie demonum, ac falsitati prauorum hominum resisteret, opprimeretq; potentia, et superaret iusticia omnē quicunq; fraude ac dolo derogaret dispensationi dominice incarnationis, taretq; penitus veritate conuicta omnis philosophorū atq; hereticorū versutia: sed nec ultra fallax ludorum factio dirum ac immitem affectū Christi opponeret euāgelio: quia ipsum virtus dei ē in salutē omni credēti, et per hoc patescit voluntas creatoris, et demonstratur sanctam Crucem omnia tempora mundi in electis dei qui ab inicio fuerunt sanctificare, et regnum celeste promittere, quod per redemptorem nostrum cunctis fidelibus tribuetur, qui verbo eius obedientes corde credulo & opere mundo deo placere studuerunt. Species quippe sancte Crucis grandis consolatio est fidelibus: materiam tribuit laudis, quia bonitatem nos scire facit creatoris: et ipse prius hominē in paradyso formauerat rectum: et nunc nolens eum perire fraude hostis antiqui, per Crucem illum recuperans reduxit ad paradisum. Crux quippe est arx virtutū et remissio peccatorum, ipsa scilicet de his infimis atq; caducis, ad celestia & superna prouicit omnes, quos per fidem et spem atq; charitatē dignos esse eterna visione dei Christi electio comprobavit.

De Quintadecima figura, vbi agnus et quatuor euangelistæ depicti sunt.

XV.

sancta Crux collatrix virtutum et inicium ac perfectio est, salutis nostrae: et per ipsam sit saluatio et resurrectio nostra. Sic ergo coedet, et sic o quicunque es de iustorū numero, quam diu hic sis, diuinam laudem cū timore et auro profer: fac operai iusticię, inimico tuo qui te persequitur indulge, et presta ei refrigerium, pauperes Christi qui nunc in presenti seculo lugent, et esurientes ac sitientes iusticiam, ad vitam futuram toto desiderio anhelant, benignè suscipe: quia ipsi inspiratione diuina copunguntur, ac sursum habentes cor contemplantur, quis consilio eterno regit omnia, et quis miseratione immensa indulget peccata. Hoc ego miser latina lingua describo, hocque opto, ut ipse refecto metis meus sit in presenti, et in futuro facetas eterna. Non enim superbus quisquam hinc iustificabitur, quod ore et habitu humilitatem ostendit, supernumque regnatorem solo prostratus adorat, dum interna cordis eius superbe sentiunt: et opes habens elemosinas non facit, nec per valitudinem corporis sui (cū integrer viribus sit) opera facit iusticie: quia certum est, qd omnitemens conditor non solum verba, sed & facta bona et vitam honestam, omni tempore querat. Igitur quicumque eternam lucem veraciter querit, & ad eternam beatitudinem vult peruenire, necesse est ut per octo titulos euangelicos, in quibus species vere beatitudinis exprimuntur, ad regnum tendat supernum: quia et in ipso numero resurrectione generali perpetrata, post peractum iudicium sancti dei pariter cum Christo regnum intrabunt eternum: Crux quoque Christi via est iustorum ascensus ad cælum, rota de infimis ad superiora nos trahens, dux et ianua regni, victoria nostra. Per illam vitam possidebimus veram, et mercedem percipiemus eternam: que et binario quater posito, octonariū in se concludens, significat quod per duo precepta charitatis, que nobis sancti .iii. euangeliorum libri commendat, promereri possumus gaudia sempiterna: Hoc quod omnipotens dei omnipotentis spiritus, qui nos per pacem & charitatem veram, ad regnum inuitat futurum, in septem donis gracie sue ascensus in cordibus nostris posuit: ut demonstraret eo modo rite posse quocque cælum ascendere fideles. Si eius gracie particeps fieri non neglexerint: et qd eos expectant sursum gloria & corona sedis lucida in arce superna, quos hic irradiauit cum virtute charitas vera.

De octauadecima specie, vbi quadragenarius

numeris positus est:

XVIII

Expone modo et laudans edic, o homo toto affectu animi, et universis sensibus corporis triumphantem nobilem victoris eterni, quem gloria dominique Crucis vobis expedit, super celsa cælorum sidera. Et subtus abyssi profundissima tartara, vbi lucis eternae permanet candor, et vbi noctis perpetuae perdurat horror: nec non et per cuncta terrarum spacia, vbi noctis diesque suis inconfusis alternant vicibus, quo usque mundi adueiat terminus. Hoc seclusus animi cogitet, hoc gutturi voce resonet, hoc lingua

B iii

LIBER

siam sibi in peregrinatione istius mundi despōnsauit: et sanguinis sui precio cōparavit. Cuicunq; ergo tu das intellectum. mysteria diuina per singula testimoniā vtriusq; testamenti pleniter capi, et intime doctus omnia sagaciter inuestigat, et veraciter pensat: qualiter tē diuina sapientia Christus in orbem misserit. Iuq; sponsārām vel pignus dederit, dum cogernis deo patri et filio et consubstantialis simul. cū eis omnium rerum artifex existis. et omnia penetras: nec estylla creatura inuisibilis in conspectu tuo. Tē quidem Esaias propheta diuinitus inspiratus: in. vii. species nominū propter diuersitatē donorū. quivnus atq; idem es distribuit: atq; spiritum sapientie et intellectus. spiritum consilij et fortitudinis. spiritum scientie et pietatis. et spiritū timoris dei nuncupauit. Christus itaq; saluator noster ac vite eterne dator. factis atq; mandatis te apostolis suis bis dare se ostendit. cum bina charitatis precepta cōstituit. vt deum ex toto corde diligamus. laudemq; eius pleno affectu pronunciemus. omnemq; scientiam nostram atq; intellectum in veritate eius gracie deputemus. et proximos nostros tamq; nosmetipso amemus. Nam post resurrectionem suam in nos discipulos sufflans. accipere spiritum factum eos iussit: et item in die penthecostes de celo in linguis igneis apparentem eundem spiritum factum super eos misit: quod videlicet sancta Crux dei in figura sua nobis demonstrat. Nam erecta eius pars diuinum. transuersa quoq; fraternum cōmehdat amorem: cuius amotis integratatem Christus nobis ostedit. ac suo exemplo nos instruxit: qui dilectam animā suā in Cruce moriens pro amicis suis posuit. et nos idem facere docuit. Hunc amorem semper laudabilis. et semper laudādus. sancte deus spiritus tu pone in me: et timor inoxius atq; carnalis affectus procul recedat: quatenus gloria sancte Crucis aucta ac multiplicata. mecum in vera professione et digna laude in eternum perseveret: quia tu es quidem ille qui os implet mutum. et celestem facit rite resonare cantum.

De Septimedecim figure ratione. vbi octo.

beatiudines annumerantur. XVII
Sancta et beata potens et venerabilis Crux Christi. laus vite futuri et glorie et gloria redemptoris. tu quidem prospera functōes. et vitalis cunctis ab inicio seculis. benigna et honorabilis. quia cum Christi membra in te suspesta passione fatigabas. innumeros populos a tenebris peccatorum suorum eripueras. et celi regnum quod per transgressiōnem ablatū fuerat. misericorditer per gratiam reddebas: quoniam bonitas conditoris p̄sona est perire illos qui spem in illa iam dudum habuerant. sed per remuneravit eorum bona merita. videlicet eternam eis tributens coronam. Nam semen euangelice doctrine. quod in discipulorum corda saluator seminavit. secundum suum placitum in eorum opere multiplicauit. cum in monte sedens docebat eos. et incipiens ab. viii. beatitudinibus largissima documenta protulit: nimirum per numerū figure sancte Crucis aptissimum innuens: quia

nus salutiferā: nō in dilatione tēporis nonit tardare. sed in velocitate momēti idonea est. sanitatē prestare omnibus. qui salubriter metu cōpuncti. et cum reuerētia ab ipso vero medico curari appetūt. cui sumā est virtus ad curationē perficiendā. et sapiens consiliū ad salutē prestandā: qui de supernis et perpetuis ad infima et tēporalia descendit. vt rerū naturā (que corrupta est) diuinā dispēlationē reintegraret. metusq; mortis abiret. et signa beatitudinis per charismata diuinā rurſū in homine demōstrarētur. Numerū ergo quīquagēriū salutarē nobis esse. sancte Crucis species in cornibus suis descriptum venerabiliter notat. et sacramētis celestibus plenū esse rite designat. In illo enim veri iubilei idest plenē remissiōis noticia datur: in illo sabbati requies rite celebratur. Ille legis veteris datione insignis est: et in aduentū sp̄iritus paraditi super apostolos insignior: ille pacis auctorem venisse prodit: et pacis signaculum perfecta reconciliatiōe inter deum et homines. per sp̄iritus sancti gratiā ostēdit. Ipse venerabilis in specie. salubris in figurā: et perfectus est in sacramētorum decoro. Nam. x. littera figure sancte Crucis aptissimā. et denarium numerum designās. per. ii. loca posita ad exemplar sancte Crucis. quinçp; libros legis cum .x. precēptis significat: quia quod lex vetus per figurā et umbrā quodāmodo depinxit. hoc totū Christus per Crucem in nouo testamēto secundū veritatē impleuit. Omnia quippe sancte Crucis decētissime conueniunt: et character litterae et numerus in ea denotatus. legis mysteriū et tēporis sacramētū. factūq; in hoc laudabiliter ppetratū: ideoq; oporet vt omnes sanctam Crucem laudemus pariter ouantes. crucifixoc; regi incessabilis gracias agamus. qui sanguine pprio vniuersa laxauit debita mundo.

De Vicefima forma. vbi cētenarius & vicenarius numerus inditus est. XX

Ecce sanguis Christi pia effusio. et vnda illa que ipso dormiēte in Cruce. de latere eius emanauit mūdat nos a fōrdibus cūctis: quia ipse redēptor morte sua. noxia cūcta a nobis tulit. cū labes peccatorū nrōrē dempsit. et cirographū qd erat nobis cōtrariū p passionē suā deleuit. Laudabile quippe dogma euangelij cōdidit: qd peccatorū tenebras fugans omne facinus verat. idolorūq; culturas penitus abnegat. Quod virā docēns honestā. per virtutū potentiam in p̄dicatoribus suis cōmendat. vniuersis sub celo nationibus. Post ascensionem quoq; saluatoris. apostoli ab ipsa veritātē instruci. p̄dicantes euangelium mysteria veteris testamenti per Christum impleta et declarata esse testati sunt: et ipsum finem esse legis & p̄phetarum. vēris assertionib; firmauerunt. Deniq;. cxx. numerum in etate legislatoris et in aduentū sp̄iritus sancti super apostolos insignem lauda l̄ta. secundū significationē suam quaē posita. idest in Crucis modum nobilit̄ complet. pandens fidei sacramenta et vēre beatitudinis demonstrans gaudia: quia sicut per. iiiii. characteres laude. sancta Crux in vnu colligīt. cxx. vnicatesita: sp̄iritus sanctus adueniens in notitia omniū linguarū coadunauit: cxx. credētes. vnde aperte.

LIBER

ac manifeste daē intelligi. sanctam Crucem verām esse nostrām redēptionē; et in ipsa veraciter holstrām consistere vnitatem. Percepto itaq; dono in loq; la omnium & inguārum, alacer cetus credentium, lumen sparsit vbiq; diuinorū testimoniorū, coruscāte simul frequentia miraculorum; et rete euangelij misit in pelagus istius mundi, vt sagena domini retraheret homines de profunditate abyssi, et conglutinaret ad soliditatem dominici vexilli: vtq; insignia Crucis Christi omnibus pateant, quomodo dona spiritualia quibulq; consignet si delibus, et premia que incarnatus saluator illis promisit. ipsa fideliter eos percipere in cælis faciat: que videlicet premia in auctu secundum meritorum qualitatē sunt posita: & sponsor verus Christus filius vtq; dei: simul cum patre deo & spiritu sancto, quibusq; dignis multiplicia in supernis seruat. et veraciter donat rex regum in eternum regnans, et omnia regna ditione propria gubernans: qui dederat nobis spiritū paraclitū, pignus salutis et hereditatis nostrę: vt nos secundum voluntatem suam regens seruet: quo ad usq; ouantes gaudia vite faciat introire: psallite vitam deuote: bene psallite domino Christo, gētes omnes, tribus et lingue vniuersae, et cognoscite verum regē vestrum, sapientiā et virtutem dei patris: cuius potētia mors viēta succubuit, & memoria mortis deleta est. omnium rerum parentem Hiesum cognoscite. Heclaus quia ex vero, et probato proleta est germine, finem et perfectionē habet eternā requiē. Iste enim nature nr̄e inditus est ordo, vt in dicta cū reverentia et tremore seruet. et in futuro perpetuā remuneratiōnē expectet. Hec q̄c̄ est gl̄ia nostra, hec & virtus, hec vera stabilitas quietis sume, iste q̄c̄ iura religiōis, bene seruat, et rite arbitrio suo vt̄ sit, qui bona summa pr̄ oībus appetit, et media raciōabilē regit.

De vicesima prima figura, in qua septuagenarius et
binarius numerus est comprehensus.

XXI

Frgo lex domini vera et irreprehēsibilis, duorum testamentorum libris conscripta, in figuram sancte Crucis ponenda est, per quam et orbis terrarū ab ira debita solutus est, et vitam perpetuam portumq; salutis et quietis eterne inuenit, post naufragiū videlicet illud, quod primus parēs noster per preuaricationem diuini precepti super nos induxit. Nam quia per lignū vetitū mors s̄ua totum genus humanū absorbit, ac suo iure captiuauit, vt hoc a potestate eiusdem mortis eriperet, redēptori nostro placuit, lignum sancte Crucis in terra erigere: quatenns hoc quod per gulę noxā hostis ille deglutiuera, cuspidē ligni vitalis p̄fossus, per cōtinētię graciā euomeret, meritasq; penas inde lueret, qđ cōtra omne iūs & omne fas seruus nequissimus et fur dolosissimus, sibi dñatum in alieno operē usurpat. Hoc et iam auctor totius creaturę, & largitor duorum testamentorum deus int̄imare volēs, opus saluberrimum sancte Crucis et p̄ legē p̄dixit. & p̄ prophetas p̄ promisit: & p̄ euangelium suū se complesse fatetur, vt homines creatorē suū recognosceret, redēptoriq; suo grās ageret. Deniq; sc̄lā atq; magnifica Crux

hinc se totam serenam luce coruscantem ostendit, secundum viam atque dulcem ad perpetuam vitam nobis esse demonstrat: ideoque radiis suis mitans lampas lucis eternae, omnes getes ac populos ad cœlestia regna prouocat, ab hosteque misericorditer erutos pronunciat; sicut nunc in nocte istius mundi positos sua illustratione leuisificat, atque hinc ad alta celorum benemeritos postmodum eleuat. Nec ergo verendum est quod villa fallacia aliquæ decipiatur: sed principe huius mundi sorris electo, veraciter vera victrix regnat. Hinc quoque est quod in predicatione potestate et dominationis eius, sancti predicatorum miraculis coruscant, totumque orbem sibi subiciant, redemptosque per Christi gratiam deuotos corde, placidos moribus, mansuetos patientia, tranquilloque conuersatione perficiant. Ecce quot lingue sunt nationum in septuagenario et bittario numero. Crux sancta exemplata demonstrat: omnibusque gentibus per hoc lucis portam patet, item significat: hocque per Ixx. et duos discipulos saluator ipse predicare iussérat: sanctorumque archangelorum confortia, post resurrectionem generalem in celis promiserat: quod etiam ipse numerus designat. Octonarius namque numerus et nouenarius in se multiplicati. septuagenario in et biennio crevit: quorum octonarius ad resurrectionis tempus, nouenarius vero ad novem ordines angelorum respectat: sicut catholica fides tenet quod in fine mundi hoc est in octaua etate seculi sancti resurgententes, in societatem transeant angelorum. Omnia namque peccata mundi Christus in passionis sue ardore consumpsit, quando ex parte carnis in ipsa mortem gustauit; ac per potentiam diuinitatis suę electos suos ab inferni carcere liberavit, et sobrietatis ac fidei lumen per apostolos suis generi humano predicari iussit: legem videlicet suam veterem et novam, quam in hoc quod sancte Crucis figure cognovit. leue onus atque iugum suave esse, et ad celos ducendi idoneum omnibus credentibus sibi demonstrauit.

De Vicelis secunda figura, in qua monogramma depictum est. XXII

Christus qui est verus redemptor noster, in quo est omne desiderium nostrum, qui per gratiam suam hoc opus me facere voluit. O virtutinam ipse laboris finis, ipseque michi sic precium carminis, cui omnia bona placent, quia ipse omnium largitor est honorum. Hic ergohortatur invitans omnes ad cœlestia dona, spondetque hec facile impetrare posse, si pretius cunctis cupiditatibus istius mundi, per fidem spem et caritatem quis ea digne quesuerit. Hec quidem dona ipse in hunc mundum veniens, et carnalem amorem gladio pie separationis interficiens, per euangelij sui predicatorum seminauerat; et fructum pacatissimum in agro suo conquisuerat. Hoc quidem semper optimus magister docuit: veterans ne ad ima et proculvia se verterent: sed magis ad ardua se erigerent, atque intellecto euangelio suo inositam scutitiam morum deponerent, et mites ac mansueti esse disserent: quatenus in securido suo aduentu cum aduenient in gloria patris sui, cum angelis suis redire vincitique secundum opera sua: tales inueniat, quibus propter merita

bōna ēterna reddat et p̄ remia. Iste quidem numerus quē in literis grecis hoc monogramma figurat. domini saluatoris utrumq; significat aduentum, hoc est illum quando in humo natus principem huīns mundi foras eiecit; post baptismū scilicet suum, predicas euangelii regni, et sanans omniē languorem et omniē infirmitatem in populo. et illum quando idem iustus iudex homo Christus H̄iesus de solio dei patris in iussu et voce archangeli, et in tuba dei descendit, et mortui qui in Christo sunt resurgent ad gloriam, secundum preconium sancti euangelij et voces prophetarum, quae testantur sanctos dei visuros bona domini in terra viventium; quando venient et apparebunt ante faciem dei. Qui ergo boni meriti sunt, tunc accepta talenta cum lucro reportant ad dominum, et ab omni labore peccatorum mundati (lauerunt enim stolas suas et cādidas eas fecerūt in sanguine agnī) illū sequi, p̄meruerūt, cantabūt deo canticū nouū, alleluia videlicet angelicū, carmē, die noctuq; in templo sancto eius; nec erit ibi luctus neq; ullus dolor, que prima abierūt; om̄iac̄ facta erūt noua. Igitur necesse est ut deum et dominum nostrum fide plena, quae vtq; per dilectionem operatur, placare studeamus; quatenus ipse tunc adiutor & saluator noster fieri dignetur, quando secundum scripturas ad iudicium venerit; ignisq; ante eum preibit, & inflammabit incircuitū inimicos eius, & veniet mīst̄ri eius, et colligēt de regno eius omnia scādala et alligabūt zizania fasciculis ad cōburendū; triticum autem congregabunt in horreum dñi sui. Om̄iuī sc̄elix alia cui licet cū corpore icorruptibili intrare ianuas celi, et mūdis oculis cordis auctore cōspicere lucis. Cuius desideriū rite tunc implebitur, quando ex omni parte perfecta manebit, et eterno gaudio cum sanctis spiritibus angelicis, in luce perenni perfrueat: laudes psallēdo Christo; canticū vtq; nouum domino cantando in ecclesia sanctorum, in quo studio postea nunq; lassescere nescit; quia sic regna celi habere perpetualiter appetit.

De Viceimateria figura: in qua vicarius
& quaternarius numerus annotatus est.

XXIII

F N nobilis hic micat flos, et veri regis hoc est H̄iesu Christi nomine piestus; quem figura sancte Crucis cornibus suis exemplatur, laeta facta Christi denonstrādo. Senarius ergo numerus, quem per singula cornua, ternō versu dispositum sancta Crux notat, perfectionem passionis Christi, nostreque redēptionis designat: quia sicut in senario numero mundi creatura perfecta significatur, ita et senario numero, per Christum qui in sexta feira crucifixus est, mundi reparatio perfecta insinuat. Clara nempe dies illa fuit, qua conditor opus suum perfecit; nec minus ista clara est, qua redemptor opus suum restaurando sanctificauit. Tunc ergo creator creaturam suam operando compleuit; et nunc etiam ipsam regando benedictione cælesti repleuit, deniq;

ad insinuādū mysterium, factū est quod senarius in quā tuor cornibus Crucis positus, per .iii. plagas mundi tendit: rerum perfectionē demūstrans: quia ipse numerus primus perfectus est. ipseq; diem artificialē dimidiat et bis post tūc pōtus cōplet: ipse vnius mensis est pars sexta, et totius anni sexagēima. ipse quadrantem bisextilem numerat, et cum .v. diebus superflūt coadunat: ordinat ætates mūdi, et tēporum cursum finiet, quando rex regum veniet sanctis suis placido vultu peccata dimittere, et regna celestia tradere. Ergo bone rex Christe Hiesu, tu bene scis famulis tuis certa premia dare, quos ex omni mundo vera fidei lux illuminans, et viuus sapientie haustus irrigans, decor charitatis et iusticie opera rite ornantes ad te perduxerant. Deniq; predictus numerus circa Crucē positus, indicat concursum plebiū a .iii. plagiis mūdi ad redēmptorem suum, eius diuinitatem pro eterna salute deprecātiū: ut ipsius magnitudine ex perfecto euangelij dogmate audire discant, et perfectā fidem perfectis operibus probent. Omnia quidem opera dei perfecta, perfectum insinuant creatorem: pprioc; decore eius decorem inestimabilem testantur. Vniversa que in celis sunt et que in terra et que in mari, optimum laudā, et artificem. At nos homines, qui aliquantula pars creature eius sumus, licet non condignam, tamen deuotam cantemus gloriam nomini eius, et gracias ei agamus pro redēptione nostra: quia ille qui nōs fecit et multiplicauit, ipse nos proprio sanguine de inimici potestate liberauit: sic quoq; in hoc celebri cārmene eius amorem quem in nobis ipse ostendit predicemus: quia hunc inestimabili pietate operando demonstrauit, defensando insinuauit, suadendo quoq; et sibi placitum esse ostendendo nos habere precepit.

De Viceſimaquarta ſpecie, vbi centenārius quadragenarius, et quaternarius numerus signatifs eſt:

XXIII

○ Plebs dilecta deo, sanctissimus ordo virginum benedicte domino Christo, cantantes ei canticū nouum, quod ceteris omnibus est inimitabile. Psallite decus gloriæ immortalis ante ſedem altithroni: & ante .iii. animalia que diuersis vultibus formata sunt, et ante xxiiii, ſeniores ſedentes in .xxiiii, ſedilibus. Vos eftis ſumpti ab hominibus primiti deo et agno: pulchreḡ cohortes, ſanguinis illius prelio comparati, in eius caſtris consilitiis: ac dignissimas laudes triūphi nobilissimi cantatis. Vesta manus cytharis modulans, vultum dei ſerenum ac placabilem terrigenis reddet: cum clamore valido atria domus domini replens, tamquam vox tonitruī magnitonat in ethere: et ſicut vox concrepat aquarū mulcarum in valibus. In ore quoq; veftro non eſt mēdaciū inuētum, necq; in corde dolus: ſed pia carmina aptantes, dignas laudes ante thronum dei, die noctuq; conorūtis, p indicia virginitatis & castitatis corporis atq; animq; que in vobis rex yester ſuper omnia diligit. Nam hanc animam vobis nullus alijs dedit.

LIBER

¶ ductor et conditor vester: vt sine villa reprehensione viuētes in terris. eternā
inde remunerationē postmodū acciperetis in celis. Quia ppter pbatissimus
et pfectissim⁹ ordo virginū. qui diuerso sexu & in dissimili etate in mundo ce-
lestem cōversationem agebas. ab om̄i fornicationis inquinamento alienus. et
ab om̄i spurcicia diaboli immanis: per officiū oris ac deuotio[n]ē cordis gestū
et corporis placidus laudes deo decanta: Ecce trālitus vester ad celū directus
est: vbi merces aeterna vobis parata est: vbi īmaculatus virginis agnus prata
depascit floridā. quē et vos sequētes quocumq; ierit amena carpitis pascua.
singulas stolas cum laude castitatis in animabus vestris iam tenetis: alias iuxta
finē mundi in corporibus immortalibus accepturi. duplii honore gaudebitis
Quia ppter oramus & obsecramus vos o populi. et agmina celestis militie. p
nomē nobilissimū et insigne famosissimū decoris vestri: vt vbi vos iam lati-
cū rege vestro regnatis: ibi nobis eterna gaudia pmereri certetis: quatenus
agnus ille deit & gloria vestra. qui celī dominat in arce. cōcedat nobis locum
ibi spacio[n]um et desiderabilem. vt vestrum cantum et si non cantare possim⁹
saltem cum iocunditate per secula audiamus.

De Vicesimaquinta figura. vbi Alleluia et Amen posita sunt:

XXV

Laus pia & ppetua sancte Crucis. quā sanctorū cōctetus in celis fre-
quentat assis terrigenis: vt aliquid decenter et digne de te pferre
valeant. et pleno ore gloriam tuam pdicare. Ego nāq; p ut pa-
trui te sancta Crux metrico ritu cecini. multum tibi desiderans in
hoc facili facere: sed tu excedens dignitatem quātitatem virium nostrar̄ largi-
tionem quoq; munerum nostrorum supasti: Nec mirum. cum etiam celestia
simul & terrestria cūcta superas. nec satis valet vllus maiestati tue facere aut
verba cōdigna honorū tuo aptare. Quia ppter temptau[is] ex celestibus odis
quēdam verba ad laudandum te sumere que etiam speciei tue figure que con-
uenirent: dispositi eadem verba in pagina versuū non cōtinuatim: sed disperse
et inserui angelicos cantus. amen videlicet in medio Crucis collocans: et cum
Alleluia cornua illius cōplens. vt sic quoq; hanc sacram effigiem celesti car-
mine signarem. et mysterium per hoc insinuarem. Nam fideles quiq; et iusti
famuli dei mundi sceptra hinc triūphat. et munerum illius decorum spernunt.
hoc palam predicātes: q; spe eternorū ardor fidei per os electorum resonās
premia celestia suis confortibus preparat. et antiquum hostem aufuget. qui
prīmū humano generi sequissimā intulit mortem. et a pthoplastis parentibus
nostris. toram progeniem vscq; in aduentū Christi ad inferni loca detraxerat.
At nos quos desiderium eternorum ad celos animo eleuat. preoccupemus fa-
ciem domini in cōfessione. et in psalmis rite iubilantes. graciam in conspectu
eius inuenire studeamus: taliter in laudibus ipsius exultantes: qualiter iusticie
exposit ordo. et sanctorum agmina in celis perpetualiter concelebrant. Hoc
tuncrite fiet. si implere cōtenderimus pcepta tonantis. et non solum lingua

sed etiam cogitatu atq; opere laudes et gratissimā dicere decertauerimus? Nam sermo fidei tantum ore prolatuſ, ſine concordia mēſtis et operis non ſufficit ad ſalutem; quia talis laudatio non eſt deo placita, que licet ſibi grandia promittat, parua tamen meretur: quia ſcriptum eſt: nō eſt pulchra laudatio in ore peccatoris. Vos igitur precor celeſtes angelorum plebes ac ſpiritus animaſcū iuſtorum, qui in cōſpectu glorię maiestatis diuinae verāciter exultatis: ut ſicut ſine ceſſatione Alleluia & Amen perpetuum, domino Christo in eternum cantatis, ita noſtrā quoq; forteſ ſpecibus adiuuare ſtudeatis, quaenam beatitudinem veram quam vos iam perfecte tenetis. tandem aliquando per Christi graciā nos accipere mereamur.

De Vicesimafixa figura, in qua prophetę ſententię denotatur. XXVI

Tegitur oſancta Crux Christi oracula, pphetarū bene honorant, facta predican, virtutes exaltant, quia quicquid plebs illa ſacra-tiſſima, et diuino ſpiritu inspirata vaticinando de Christi aduētu protulit, tuę potentię gloriam in eo reuelauit: cum non ob aliud ipſe ſaluator in mundo apparuit, niſi vt per te ſaluaret genus humānū. Videamus ergo quid propheta et pſalmista Dauid dixerit: ſi forte ſignanter aliquid de te locutus ſit. Ait enim, foderunt manus meas et pedes meos, diuinauerunt omnia ossa mea. Quid eſt ergo manus et pedes cōfodere, ossaq; omnia diuinauerare, niſi Christi membra in te diuina clavis configere? Item Dauid dicit. Dederunt in escam meā ſel, et in ſiti mea potauerunt me aceto. Hoc vtiq; ſignificans quod euangelista de Christo expoſuit dicens. Poſtea inquit ſcienſ Hieſuſ quia iam omnia cōſūmata ſunt, vt consumaretur ſcriptura dicit. Sitio. Vas ergo poſitum erat aceto plenum, illi autem ſpongā plenā aceto, hysopo circumponentes obtulerunt ori eius, et alibi ſcriptum eſt. Dederūt ei vinum bibere cum felle mixtum. Hic quoq; Eſaias propheta vaticinans ait. Paruulus natus eſt nobis et filius datus eſt nobis, et factus eſt principatus ſuper humerū eius: et reliqua. Et item ex persona Christi dicit. Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus. Et item. Fatiem meam nō auerti ab incre-pantibus et conſpicientibus in me. Et leuabit dominus ſignum in nationibus, et congregabit profugos Iſrahel, et reliqua. In his ergo omnibus ſententiis, et tui erectionem & paſſionis Christi veritatem Iudorumq; expreſſit ſeuiciam, Hieremias vero deſcribit Christum quaſi agnū innocētēm duc̄tū ſine voce ad immolandum, lignumq; in panem eius miſſuros incredulos: quod ſigniſicat panem vițe in te eleuādum, mortemq; carniſ gulfaturum. Ezechiel vero T. tau litteram tuam effigiem ſimilantē, ſuper frōtes virorum gementium et dolentium eſſe poſitam aſſeueraſ, ob liberationem cladis vaſtatoriſ. Sic tu q; ſancta Crux non infirmitas vel ignobilitas eſſe ſanctis pphetis oſtenſa eſ: ſed virtus firma, laus p̄cipua, et nauis ſeu portus fideliffimus in ſubleuando totius orbis naufragiū. Nam Daniel p̄dixit Christum dñm a perfidiſ occidē-

LIBER

dum: et sic peccati noxam finiendam. Osegit interfectōne mortis. saluationē eorum describit populi: et lohel obscuritatē siderū in morte Christi prenūciauit futurā. Amos festiuitates iniquorum in luctum conuertēdas: et omnia cantica eorum in planctum. Abdias dolos ludicorū contra dominū et ecclesię salutationem expressit. Ionas quocq; suo exemplo triduanā sepulturā domini presigurauit. Micheas Christum montē domini appellans. cōuentum populorum ad ipsum predixit: Naū vltorem esse futurū impiis et cōsolatore pīis. dominū promisit: Abacuc quoq; plano sermone cornua tua: o sancta Crux in manib; Christi splēdescere testat: et Sophonias aduentū domini prenūciat futurū: et diem resurrectionis eius describit: Aggeus quippe in comotiōe celi et terre desideratum omniū gentium aduenisse testatur: Zacharias videt Hiesum in vestibus sordidis mortalitatis nostrę. et plagas in manib; eius fixas. planctūc; multorum super coquasi super vnigenito: Malachias quoq; licet nouissimus in ordine duodecim prophetarū ponatur. luculente tamen. vt ceteri dominatorem terrę ad templum suum venire describit. & purgare ministros suos examinatione v̄lida. quod possint ipsi sacrificia offerre iusticię. Hęc cuncta salutis dona. et v̄lida iudicia in te perpetrandā. O sancta Crux Christi sancti cōcorditer precinuere prophete: et ad hōcte auctor omnīū rerum destinauit: et omnia in te sine ylla dubitatione que de eo promissa sunt ipse perfecit.

De Vicesima septima forma. in qua apostolorum sententie colloquatur.

XXVII

Non minus tua iura o sancta Crux. testatur littera noui testamenti. q̄ scriptura legis veteris: quia dona gracie diuine que illa spondebat futura. hec per incarnationē salvatoris docet esse cōpleta: indeq; maxfē claret. q̄ Christus Hesus dominus est legis vtriusq;: quia proprio ore geminū mundo patefecerat abyssum: legem videlicet exponens: et euangelīū condens: sanctorūq; desideriorum voto reficiebat antiquos. et ostensione ipsarum rerum satiabat posteros: bonus. verax. omnibus equus. Vnde sit. q̄ apostolicus eetus de tua sanctissima cōstructione sermonē p̄tulit iocundissimum. factaq; tua magnifica saluberrimo ostendit relatu. Nam Petrus qui in apostolorū ordine primus est. fortiter de te persuasionis sumpsit exemplum: ita dices. Christus p̄ nobis passus est fratres. vobis relinques exemplum. vt sequamini vestigia eius: Et item. peccata inquit nostra. ipse pertulit in corpore suo super lignum. vt peccatis mortui. iusticie viuamus: cuius liuore sanati estis. Hinc quoq; credo. quod ipse qui pro impiis et ingratias animā suā posuit ad deuotorum atq; fideliū sibi preces aures sua p̄ ietatis inclinet. Proinde ego miser. si honorificentia eius aliquod munusculū dignabitur artis humanae accipere. hoc carmen ei sumo nisu opto offerre. quia in eius bonitatem confido: q̄od pie deuotionis munera ipsi non displiceat. si perseuerauerimus in vera confessione nominis eius. Ast nos beatus Iacobus apostolus hinc exhortatur.

exemplum patientie Christi nobis ostendes. Exemplū inquit accipite fratres laboris et patientie, prophetas qui locuti sunt in nomine domini Ihesu Christi. Ecce beatificamus qui sustinuerūt, sufferentiam lob auidistis, et finem domini vidistis. Hinc et dilectus domini Iohannes, ad mutuā dilectionē nos prouocat, Christum in mediū proferens; ut sicut ipse pro nobis animā suam posuit, ita et nos pro fratribus nostris animas ponamus. Iudas quoq; seruus Christi, frater autem Iacobi, sub exemplo Ihesu successoris Moysi, demonstrauit Ihesu Christū eduxisse nos p Crucē, de spiritali Aegypto, idest de p̄tate tenebrarum et incredulos perdidisse. Paulus ergo non paululum, sed magnifice de te locutus est, qui auditoribus suis ait. Nō enim iudico me inter vos aliquid scire nisi Christum Ihesum, et hūc crucifixū. Et cōtradixit sibi gloriari, nisi in Cruce domini nostri Ihesu Christi, per quem illi mūdus crucifixus sit, et ipse mūdo Christumq; affirmat propter mortem Crucis, accepisse potestatē in celo et in terra et subtus terram, ita vt in nomine Ihesu omne genu flectatur. celestium terrestriū et infernorum, et omnis lingua cōfiteat̄ quia dominus Ihesus in gloria est dei patris. Ecce sancta Crux Christi apostolicus ordo, quam concinne antiquis prophetis tuas laudes profert. ita vt in nullo dissentiat: cum ea que ipsi precinebāt futura, isti in te cōpleta affirment: quia tu verē cōcordie signū celestia simul et terrestria, vetera et noua omnia perficias.

De figura Vicesimaoctaua, vbi opifex

ipse sanctam Crucem adorat

XXVIII

Onipotens maiestas, virtus excelsa, creator celestium et formator terrestrium, dominus deus sabaoth, qui verus conditor et redēptor es hominum; tu laus nostra es, tu virtus et gloria cum salute vera, tu es rex regū, tu doctor ignorantū, rector fidelium et magister credentiū; tu sumus et princeps es pastorum, tu pius protector tuarum ouium; tu sancte salvator auctor es totius boni, dux bonus, via recta, lux vera et vita perpetua; merces clara, et ostium salutis eterne. Ex te omnis sensus, vox verbum et virtutū omnium fructus procedit. Ad te ergo direxi sermonē in primordio huius operis, et quęcūq; in sequētibus addidi, ad tuā laudē peruenire optauī. Cor meum ad te se eleuat: mentis meę tota intentio ad te clamat; quicquid visquam lingua recte cōfessionis, seu manus bone operationis cum deuotione pie mentis profert, totum ad laudem tuam pertinet. Omnia namq; te glorificat et benedicūt, que in imis et q; in supernis sunt: necnō et ego pars minima tuę creature, te dominum verum supplex et letus adoro, atq; Crucis tue submisse et humiliter salutans dico. O lignū vitale et ara salutifera; te adoro, spem vite eterne deprecans: vt per te structuram sanctissimā hostię grata deo oblatum existam. Hoc meū est desideriū, hoc validus amoris feruor, hoc tota intentio mentis et famina linguis exorant, hoc esuries cordis et sitis est animę; vt per passionis tue graciam me tibi oblatum famulū suscipias, tuaq; crucifixio.

C. ii

LIPER SECUNDVS

totum quod in me tibi contrarium sit consumat. et carnalem estum temperet: iram extinguat, lingua m a prauo et vaniloquio cōpescat. et pietatis verba in os meum reponat; omne perturbatione mentis pacifiet; et vitam honestam deducat. Ergo quando aduenieris domine Hiesu, iudicare viuos ac mortuos a cœlum per ignem, et cōsumperit flama aduersarios tuos. omnes qui oderunt nomen tuum. in nouissima tuba et tempestate valida, quando secundum euangelium tuum apparebit signum filij hominis in cœlo: et plangent super se omnes tribus terre, intuentes in eum in quem pupugerūt: Obscuro, ut tunca flami vtricibus sancta Crux me eripiat: atq; ab ira agni propriū poetam defendat: cui cano carmen presens, et vtinam vsc; in finem vite meę placita illi et honorifica semper decantē. minimus omnium seruorum tuorum et peccator Rabanus, hymnis laudibus, corde, ore, manu et totius gestu corporis, hoc semp memorans, quanta bonitate nos tu conditor noster creasti, et quanta pietate redemisti, cum ab inferni carcere et gehennæ flama nos liberalsti. Et nūc bone salvator deprecor, ut des mihi requiem illam, quam fidelibus tuis promiseras te daturum in arc; polarū: vbi vere populus tuus sabbatizat, sabbatho per henni fruens. Interim quoq; quamdiu sim in hoc corpusculo, dirige me in semita recta fidei catholice, sustenta firma spe, refice tua dilectione; ut ipse mihi sis refrigeriū in via, quem requiem desidero habere in patria. Sine villa Jenim diffidētia, omnia promissa tua credo esse verissima, iudicia tua pertimesco rectissima: dona tua expecto dulcissima. Presta ut in te gaudens tecū permaneā in eterna letitia. O Crux alma dei, vsc; huic quantū potui laudem tuam cecini: sed quia triumphū perpetū expetis, quem in his mortalibus pleniter et pfecte non intuenis: conser te ad celestia angelorum agrina, ibic; tibi laus perpetua per cuncta sonabit secula.

Libri Secundi Finis.

PERORACIO.

Habes nunc dulcissime lector Rabanū in mirifico carmine de laudibus sancte Crucis, in qua salus nostra pepedit, qua contra tetros hostes omni momento vtimur. Legito hos versus posthabitatis turpibus, obscenis, ipudicis: Asuesce deinceps christiāos lectitare poetas, qui tibi nō minus quā gētiles latinitatē, elegantiā, tropos, bonos mores, Syllabarūq; mēsuras suppeditare possunt: Recipiāt nūc in manus, pro Lucrecio Rabanus, pro Virgilio Seduliū, p Ouidio Alcīnus, p Proglio Laclācius, pro Stacio Arator, pro Catullo Prosper pro Tibullo Iuuēcius, pro Horacio Prudēcius, pro Martiale Epigrāmata Engelhardi Scintillē, et Hermāni Busthī, pro Lucano Galterus, pro Iuuēale Baptista Mātuanus. Sic christiāi ephœbi ex christiāis poetis a christiāis pceptoribus ad Christi honorē christiāe istituerūt. Augustius n̄ confiteat se, in variis gētiliū sēcēciis multa didicisse yba vtilia: que etiā in rebus nō vanis disci possunt: et etiā esse tutā, in qua pueri qmbularēt. Nō enī p hāc turpitudinē verba ista co medius discūt: sed p huiuscēodi yba turpitudo ista cōfūdētius ppetrat, Addē-

q̄ ipsem et Ouidius turpissimorum versuum auctor naturali conscientie ductus.
impulsus, nobiscum sentit his versibus.

Eloquar inuitus; teneros ne tarige poetas

Submoueo dotes impius ipse meas

Callimachum fugito: non est inimicus amori

Et cum Callimacho tu quoq̄ Cohe noces.

Me certe Sapho meliorem fecit amic⁹

Necrigidos mores Teia musa dedit.

Carmina quis potuit tuto legisse Tibullis?

Vel tua: cuius opus Cinthia sola fuit?

Quis potuit lecto durus discedere Gallo?

Et mea nescio quid carmina tale sonant?

Si id gentilis et obsecrus Naso sualit: erubescat deinceps Italic⁹ preceptores
interpretari, apostillare et legere mollibus ephœbis impudicos poetas, quid
prodest ignem igni adiceret; sanguinem ciret; furorem ampliare, malos cogitatus
immittere: amoris stimulus imprimere; phantasiam incitare; rationem ledere;
a pudore, pudicicia et ab omni virtute abstrahere; ab utiliori studio auerteret;
ad bestialē voluptatē incendere; teneram etatem perpetuo corruptā reddere;
motus carnis et libidinem vltro venientē prouocare; adolescentes inficere; ver-
nenum pueris tradere: et quod aliquin pro partio vicio ducunt: vt post hac
nullum omnino esse credant; auctorū fama persuadere: Ve mūdo a scandalis,
aīsumā veritas: et is; in cuius manus incidere horrendū est. Vale cādidiſſime
lector. Ex suburbano nobilis Heluctiorū vrbis Argēting. v. idus Iulij. M.D.II

Vale ſc̄elix Germania inuētrix artis, qua vnuſ, vna die tantū imprimere pōt:
qua vix mſti toto anno ſcr̄ibere pōſſet. Foelix et ipsa inuētrix tam mirandi ſtu-
pēdiq̄ carminis, quod tum Itali tum Galli ſuis hiftoriis maximope celebrarūt.

Et tu quoq̄ lector vale: qui plerosq̄ capillatores poetas; leuibus; frigidis
futilibusq̄ preditos numeris. & qui in confessa ſunt damnatione: tuis non de-
dignaris adhibere vigiliū, patiare & hūc te penes nidulari cōmorariq̄ petitū
imperatumq̄ volumus: quem conſtar incomparabili magisterio ſolertem &
in ſalubrū cognitione rerū ſagaciflīm extiſſe: qualia ſingula per ſuccelluas
& ſubſecundarias lectiones penitido vim ipsam ſtentiarū: virtuēq̄ yborū
(nil ſequitate maledictus et inuidia irritationis ſueris) ſufficientiſſime cōperies

Inter Epigrāmata pſulum Magūtinorum in mōte ſcū Albani: Mauri q̄c̄ntri
sequens illud exciſum ſculptūq̄ ghibēt; vetuſtate ne euenerit, apicibus littera-
rum illegibilibus aut alia quadam immundicia deletis detritisq̄. Ad nos vſq̄
quantu m peruenierit: tuis (lector) pretendimus luibus; cui ſi voles mundius
consultum veniſtiusq̄ adeo: ne mēdium quidē appareat; originalibus cōfer is
ipſe characteribus atq̄ contendas oramus; ne noſtre donandum hoc quoq̄
decernas imperiſſe denuo atq̄ iterum uale;

C iii

Epitaphium Rabani.

Lector honeste miām si vis cognoscere vitam

Tempore mortali, discere sic poteris.

Vrbe quidam genitus sum & sacro fonte renatus

In Fulda: post hec dogma sacrum didici.

Quo monachus factus, seniorum iussa sequebar;

Norma mihi vite regula sancta fuit.

Sed licet incaute hanc nec fixe semper haberem.

Cella tanien mihi met mansio grata fuit:

Ast ubi iam plures transiſſent temporis anni

Conuenere viri vertere fata loci.

Me abstraxere domo inualidum, regiqz tulere

Poscētes fungi presulis officio:

In quo nec meritum vite nec dogma repertum est:

Nec pastoris opus iure beneplacitum.

Promptus erat animus: sed tardans debile corpus:

Feci quod potram, quodqz deus dederat:

Nunc rogote ex tumulo frater dilecte iuuando

Commendes Christo: me vt precibus domino.

Judicis eterni me vt gracia saluer in eum.

Non meritum aspiciens: sed pietatis opus:

Rabani nempe mihi nomen: lectio dulcis

Divine legis semper vbiqz fuit.

Cui deus omnipotens tribuas celestia regna

Et veram requiem semper in arce poli.

Sedisse ferunt annis IX. obiisse vero DCCC.LVI.

sepultum quondam Maguncia in monte sancti Albani.

nunc traductum. Fulde quiescere.

Librarii de se ad lectorem:

& cuias sit Epigramma.

Ipse magisterium tu te cognoscis abunde:

Sed patriam si vis: nomen et artificis:

Est natale solum Baden: sedes mihi phorcyti

Dicor & Anshelmi bibliopola Thomas.

Phorcyheim, in aedibus Thome Anshelmi. Martio

mense, M.D.III. Sub illustri

principe Christofero

Baden;